

domo mea non est panis neq[ue] vestimentu[m]
Non enim possunt curare aliena vulnera
exemplo vite. nec habent panem sacre do-
ctrine. nec ornamentum bone opinionis
et fame Sed de beato dominico potest di-
ci illud *Matth. v.* Qui autem fecerit. ec-
ce vita sancta. et docuerit. ecce doctrina cla-
ra. hic magnus vocabitur in regno. ecce es-
minens fama. Fuit namq[ue] magnus in re-
gno celoz. i. in ecclesia militante. sed mo-
do est maior in ecclesia triumphante.

De sancto Laurentio martire.
Sermo primus.

Probauit me qua

si aut[em] quod per ignem transit. *Job*
riij. Beatus laurentius fuit aurum pro-
pter p[er]fectionem vite. et fuit p[ro]batu[s] p[er] ex-
aminationem pene. Dicitur aut[em] inquantu[m]
fuit prelatus. et inq[ui]tum fuit martir inui-
ctus. et inq[ui]tum fuit predicator gloriolus
Dicitur aut[em] aut[em] inquantu[m] fuit prelatus
Est namq[ue] aut[em] temperatum. solidu[m] et puru[m]
Sic ena[m] prelatus debet esse temperatus
in iusticia. solidus in vita. et purus in co-
sciencia. Aut[em] aut[em] habet ex temperantia
q[uod] sit calidum et humidu[m]. sic prelatus de-
bet habere istud temperamentu[m] vt sit cali-
dus per amorem. et humidus per p[er]passi-
onem. Istud aut[em] temperamentu[m] h[ab]et aut[em]
grego. quadrupliciter ponit. Primo qua[n]-
do vinum seueritatis temperat oleo p[er]ietat-
is. sicut pater in samaritano. Secundo
quando virga correctionis temperat man-
na dulcedinis. sicut pater in archa in qua
erat virga et manna. Tercio quando vir-
ga ferentis discipline temperat baculo su-
stentantis misericordie. *ps.* Virga tua et bacu-
lus tuus. Quarto quando rigor pater-
ne rectitudinis temperate miscet lenitate
matris p[er]passionis. Secundo aurum
est solidu[m]. ex qua soliditate habet q[uod] non
tingit sicut alia metalla. Prelatus ergo

debet habere vitam tam solidam q[uam] subdi-
tos non tingat. i. p[er] malum exemplu[m] non
iniciat. Valum ena[m] exemplu[m] prelatoz ci-
to inficit vitam subditoz. sicut beatus gre-
go. ostendit exemplo capitis. ducis. oculi. et
pastoris. Languente inquit capite me[m]bra
incastrum vident. Frustra exercitus veloci-
ter sequit[ur] si a duce errat. Oculu[m] qui p[re]-
uidendis gressib[us] p[re]eminent cura pulue-
ris non obscurat. Pastor na[m]q[ue] cum p[er] ab-
rupta gradit[ur] necesse est vt ad precipitiu[m] grex
sequat[ur]. Tercio aut[em] est puru[m]. q[uia] prelatus
debet esse purus et mundus in p[er]scia. *Un-*
de grego. in pastoralis dicit. Nulla p[re]sul[is]
immundicia polluat[ur]. q[uia] hoc eius suscepit
officiu[m] vt in alienis cordib[us] pollutiois ma-
culas tergat. q[uia] necesse est vt mundas stu-
deat habere manus qui alioz sordes mu[n]-
dare curat ne tacta deterius inquinet Si
ena[m] sordida insequens lutu[m] tenet q[uod] tan-
git potius inquinat. Beatus vero lauren-
tius martir inq[ui]tum fuit prelatus. i. archi-
diaconus dicitur aut[em]. q[uia] ipse fuit p[er]patus h[uius]
modo calorem feruoris in repressendo. et
humiditate p[er]passionis in pauperib[us] p[er]-
tendo. Fuit ena[m] solidus solidu[m] exemplu[m]
sanctitatis p[re]bendo. Et purus mundici-
am mentis et corporis sectando. Secundo
beatus laurentius fuit martir inuictus. et
inq[ui]tum ad hoc similiter p[er]paratur auro. Au-
rum namq[ue] sub malleo non resistit vt fer[re]
non frangitur vt vas terreum. nec resonat
vt es sonorum. sed in subtilissimas lami-
nas dilatatur. Sic ena[m] laurentius sub
malleo tribulatiois diuine correctioni no[n]
resistebat p[er] mentis aut intentionis du-
ritiam. vt illi fecerunt. de quibus dicitur
Job. xij. Cor eius indurabitur quasi la-
pis. Nec fuit fractus p[er] aliquam me[n]tis
diffidentiam. vt illi qui significantur p[er]
statuam damielis. cuius pedes fictiles la-
pis percussit et comminuta fuit. Nec mur-
murauit p[er] impatientiam. sicut dicit *Ec-*
cles. i. Vir sapiens et disciplinatus non

murmurabit correctus sed fuit dilatatus
 et subtiliatus per obedientiam et ideo conse-
 cutus victoriam. **Prover. xxi.** Vir obedi-
 ens loquitur victorias. **Tercio** beatus lau-
 rentius fuit predicator graciosus. et quod
 ad hoc bene significat per aurum. Quando
 autem lamina aurea subducta debet mal-
 leando cum argento incorporari. necesse est
 ut a tribus precaueatur. scilicet a pulvere. a vento. et
 ab humore. Sic si aurum caritatis debet ad-
 iungi cum argento sonore predicationis.
 oportet quod illud preseruetur a pulvere terrene
 cupiditatis. et a vento humani fauoris et
 ab humore amoris proprii. **Ista tria** beatus
 laurentius vitauit scilicet puluerem terrene
 cupiditatis. quod thesauros auare sibi non re-
 tinuit. Ventum humane ambitiois. quia
 archidiaconus ecclesie romane erat. et non
 pauperum pedes lauabat. Et humorem noxi-
 um proprii amoris. quod vitam suam precepit
 et per primo morti se tradidit. **De his tri-**
bus dicitur. j. Thessal. ij. Neque enim aliquis
 sumus in occasione auaricie. Ecce quod non
 habuit puluerem terrene cupiditatis. neque
 querentes ab hominibus gloriam. ecce quod
 vitauit ventum humane laudis. **Voleba-**
mus vobis tradere animas nostras. ecce
 quia non habuit humorem proprii amoris.
Secundo beatus laurentius fuit aurum in igne
 probatum et examinatum. In auri autem exa-
 minatione tria procedunt. scilicet ignis. sulphur
 et puluis antiqui lateris. Sic beatus lau-
 rentius examinatus fuit per ignem materi-
 alem eius corpus exurentem. Per inui-
 diam diaboli ferentem et exurentem. et ip-
 sum crudeliter persequentem. per auariciam
Decem thesauros ecclesie sitientem. **Later-**
nam quod siccus est auarus. ab omni humore
 compassionis vacuus. sed nec ignis ipsum
 erussit. nec eius mentem ledere potuit. nec
 inuidia diaboli ipsum superauit. nec inira-
 mencia ecclesie thesauros auferre potuit.
Aurum autem examinatum in igne retinet su-
 am integritatem. maiorem acquirit puri-

tatem et ampliozem induit claritatem. sic
 beatus laurentius in igne positus retinuit
 integritatem fidei. Est autem fides integra
 quando est omnibus suis articulis munita.
 quando lingua cum corde. et cor cum lingua
 concordat. quando est caritati coniuncta. quando
 est operibus informata. **Talem** fidem inte-
 gram habuit beatus laurentius. ipse enim
 omnes articulos perfecte credidit. **Unde** quando
 lucillum baptizauit de omnibus articulis fi-
 dei ipsum interrogauit. **Ips**e christum in
 corde credidit et ore confessus fuit. unde dixit
Accusatus non negauit nomen sancti tui
 et interrogatus te criste confessus sum. **Ips**e
 etiam fidem cum caritate habuit. per qua
 caritate se morti tradidit. **Fides** etiam eius
 bonis fuit operibus ornata. unde de eo dicitur.
Laurentius bonum opus operatus est. qui
 per signum crucis cecos illuminauit. **Secun-**
cundo maiorem acquisiuit puritatem. **In**
 anima autem triplex impuritas inuenitur.
 scilicet doloris. timoris et erroris. **Psalmus.** Cor
 meum perturbatum est. ecce dolor. **Dereliquit**
 me virtus mea. ecce timor. et lumen oculorum
 meorum et ipsum non est mecum. ecce error.
Sed ista triplex impuritas in morte sanc-
 torum aufertur. **Psalmus.** Quare tristis es anima
 et quare turbas me. spera in domino quoniam
 adhuc sperabor illi. **Quando** scilicet a volun-
 tate dolor. et a memoria timor. et a ratione
 omnis error recesserit et successerit illi a qua
 speramus. mira claritas. plena suauitas
 et eterna securitas. **Tercio** acquisiuit am-
 pliozem claritatem. **Qui** enim prius fuit
 ignotus postea toti mundo factus est cla-
 rus. **Ambrosius.** Beatum laurentium gra-
 tio sinapis possumus comparare qui di-
 uersis attritus passionibus per totum orbem
 gratia sua meruit suffragate martyrii. quod a
 natura constitutus in corpore erat humilis
 ignotus et vilis. **Postquam** vero est verus
 laceratus et erustus. vniuersis per totum
 mundum ecclesijs odorem sue nobilitatis
 infudit.

De Sancto

Laurentio

De eodem

Sermo. ij.

Ultor ignis eruret carnes eius. **Ecd. xxiij.** Notandum est quod est quadruplex ignis. scilicet interior siue spiritualis. exterior siue materialis. superior siue celestis. et inferior siue infernalis. Primus ignis inflammat corda. secundus erurit corpora. tercius consumit carnem et illuminat rationem. quartus vorat carnes et affligit mentem. Primo igne beatus laurentius fuit inflammatus per amorem. Secundo fuit examinatus per cremationem. Tercio fuit plenus sed a quarto totaliter alienus. Est igitur primus ignis interior et spiritualis qui est deuotio et seruius diuini amoris quo beatus laurentius fuit totaliter inflammatus. Unde poterat dicere cum proplexa. Inflammatus est cor meum et renes mei mutati sunt. Ex quibus verbis habetur quod iste ignis diuini amoris extinguit quadruplicem amorem inordinatum. sed accendit diuinum amorem. Extinguit enim amorem carnalem. ideo dicit. Renes mei commutati sunt. Grego. Gustato spiritu desipit omnis caro. ps. Utere renes meos et cor meum. Extinguit terrenum amorem. unde subditur. Et ego in nihilum redactus sum. qui enim mundum despiciunt. nihil a mundanis hominibus reputant. j. Eboz. iij. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus et cetera. Iste igitur ignis spiritualis amorem terrenum extinguit. quod sicut dicit crisostomus. Vere non habet super terram quod amet qui donum celestis in ueritate gustauerit. Extinguit amorem domesticum. id est penum. unde subditur. Et ne sciam. Deu. xxiij. Qui dixerunt patri suo et matri sue nescio vos. et suis fratribus. ignorauit illos et nescierunt filios suos. huiusmodi custodierunt eloquium tuum. Extinguit amorem proprium et priuatum. unde subditur. vultum meum factus sum apud te. Qui enim se ipsos despiciunt propter christum sunt iumentum christi. sicut et amatores sui sunt iumentum dyaboli. Generat autem amorem diuinum. unde

de subditur. Ego spiritus iterum. Amor namque diuinus alias deo coniungit. j. ad Cor. vj. Qui adhaeret deo unus spiritus est cum eo. Iste igitur ignis spiritualis exstinguit in beato laurentio amorem carnalem. quod credis quod conuincitatem seruauit. Amorem terrenum quod ille fauores ecclesie sibi non retinuit sed pauperibus dispensauit. Amorem domesticum. quod patriam et parentes suos qui erant in hyspania deseruit. et ob amorem principis apostolorum rome pugnare voluit. Amorem priuatum. quia pro propria salute desperit. et morti se tradidit. Habuit autem amorem diuinum. quod super omnia christum dilexit. Secundo est ignis exterior et materialis quo beatus laurentius fuit exustus et examinatus. ps. Ignem me examinasti et non est inuenta in me iniquitas. Iste autem ignis exteriorum quo cruciabatur exstinguit propter tria refrigeria que habuit. Primum est desiderium celestis glorie. Ambro. Neque enim beatus laurentius ignis tormentis visceribus sentire poterat qui sensibus paradisi refrigerium possidebat. Secundum est meditatio diuine legis. Idem. Dum christi precepta cogitat. frigidum est sibi omne quod patitur. Tercium est puritas conscientie. Idem. Ardet prolepto totis visceribus fortissimus martyr et uirritur. sed regnum dei pertractans refrigerio conscientie victor exultat. Tercius vero igitur est ignis superior et celestis. scilicet spiritus sanctus quo beatus laurentius fuit plenus de quo dicit. Lreno. j. De excelso misit ignem in ossibus meis et erudiuit me. Si enim iste ignis mittitur in ossa manifestum est quod mittitur in carnem. pelle et medulla. Per pelle intelligitur exterior conuersationem. per carnem sensualitas. per os ratio. per medullam interior. Iste igitur ignis incendit pellem. quia erurit conuersationem uetustam et facit nouam. Isaie. j. Excoquam ad purum scoriis tuam. ad Epl. iij. Deponte uos secundum pristinam uestram conuersationem ueterem hominem. Incendit carnem. id est sensualitatem.

De Sancto

tatem ut iam homo scdm sensualitatem et voluptatem carnis non viuat. **1. Cor. x.** In carne em ambulantes no scdm carne militamus. Incedit etiam ossa. i. rōnem ut nunq ipsa ratio ad sensualitatem declinet alias magna pfusio in animo gereret. **Prover. xxx.** Per tria mouet terra id est anima et quartū non potest sustinere. Et ista tria sunt seruus stultus. et mulier odiosa. et ancilla. Sensualitas est serua. ideo non debet regnare. Est stulta ideo nō debet cibo saturari sed fame affligi. Est odiosa ideo non debet cum rōne matrimonio copulari. Est ancilla iō non debet dñe scz rōnis maior fieri. Incendit etiam iste ignis medullam. i. intentiōz ut quicquid faciat. amore celestiu faciat sed dñ. **Osee. ix.** Estraim percussus est radix eius exsiccata est fructu nequaqu faciet. Radix exsiccata est. intentio corrupta est. Ideo nō facit fructu. i. aliquod opus meritorium. **Quartus ē ignis inferior infernalis qui animas et corpora nō psumit sed pburit.** sicut ostendit **Aug. in lib. de ciui. dei** multiplici exemplo. Primo exemplo vermiū dicēs. Nonnullū genus vermiū in aquis calidis reperit quaz feruorem nemo impune ptractet. Illi autē nō solū sine vlla sui lesiōe ibi sunt. sed etiā extra viuere nō possunt. Scdo exemplo montiū. qz montes sicilie ab antiquis ignibz estuant et tñ integri pseuerāt. Tercio exemplo carnis. Lignū em sub terra positum defacili putrescit. sed tamē virtute ignis in carbonē redactū putrescere non pōt ita ut in terra humida carbōes infossi incorruptibiliter maneāt. Quarto exemplo pauonis qui habet carnes quasi incorruptibiles si fuerint assate. sicut ipse dicit se hoc esse erptū. Quinto exemplo salamandre que i igne viuere pbibet. Sexto exēplo anime. vñ ait. Ipe animus cuius presentia corpus viuit et regit et dolores pati potest et mori non potest. Hoc ergo erit tunc in corpibz

Laurentio

damnarorum. quod nunc esse scimus in animis hominū.

De eodem Sermo. iij.

Qertamen forte dedit ei ut vinceret **Sap. x.** Beatus laurentius christi pugil egregius quadru-
pliciter gessit certamen. Primo nāq certauit ptea suam sensualitatem. Nam sensualitas penas refugiebat et ratio appetebat. sed ratio vicit et penas sustinuit patienter grater gaudenter et desideranter. Sustinere patienter est necessitatis. grater est deuotiōis. gaudenter est pfectiōis. desideranter est p̄sūs diuine virtutis. Beatus laurentius penas sustinuit patienter. qz non inuenerat. nec persecutores odiuit sed p ipsis orauit. **Debre. x.** Patientia vobis necessaria est. Unde dñ de martiribus. Non murmur resonat. nō querimonia. **Secūdo** sustinuit grater. qz i ipsis penis granas deo reddebat dicens. Assatus sum gratias ago. Caro assata sapidior ē qz lixa. qz magis placet deo gratiarū actio in aduersis qz in prosperis. **Tercio** beatus laurentius sustinuit gaudenter vñ dixit. Gaudeo plane. qz hostia christi effici merui. Exēplo apostolorz de quibus dicit **Actū. quinto** capi. Ibant apostoli gaudentes a p̄spectu concilij. **Quarto** sustinuit desideranter. qz adhuc maiora pati et apponi desiderabat. Unde dicit **Decio.** Infelix has epulas semp optam. Sancti namqz vni desiderant p christo et pati et affligi scientes qz persecutores sunt tanqz apes qui licet pun-gant p penam. tamen mellificant prepa-rando dulcedinem eternam. **Psal. Circū** dederunt me sicut apes. sunt tanqz fabri quia liq feriant tamen coronam eternam fabricāt. **Psal.** Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores plongerūt et. Sunt tanqz p̄statores quia licet argentū ponant ad flammam. tamen purgant ab omni scoria. **Malachie. tercio** capitulo.

De Sancto

Sedebat p[ro]fano et emundans argentum
¶ Secundo certauit contra carnifices.
 Carnifer enim contra ipsum inferebat pe-
 nas. sed beatus laurentius p[ro]tra carnificem
 offerebat patientiam et p[ro]stantiam Ambro-
 sius. Beatus laurentius martir m[er]uit in
 xpo usq[ue] ad temptatorem. usq[ue] ad tyrani-
 cam interrogatorem. usq[ue] ad acerrimam co-
 minatorem. usq[ue] ad mortem. In qua lo-
 ga necesse q[uod] bene manducauerat et bene bibe-
 rat tanq[uam] illa esca saginatus et illo calice e-
 bruius tormenta non sensit. non cessit et in
 regnum successit. Istam autem tantam con-
 stantiam habebat per caritatem inuincibili-
 lem qua munitus erat. Cant[us]. viij. For-
 tis est ut mors dilectio. Sicut enim mors
 separat ab homine animam. sensum. et mor-
 tum. sic in beato laurentio caritas sepauit
 animam suam ab amore mundi. sensus car-
 nis ab amore sui. et motum omnis peccati
 et sic mortuus erat mundo per separatorem
 anime ab ipso. sibi vero per separationem
 sensus p[ro]p[ri]i. et dyabolo per separationem
 mortis omnis peccati. et sic christus in ip-
 so erat loco anime uiuificando ipsum p[er] a-
 morem. Loco sensus infundendo sibi sen-
 sum p[er] fidem. et loco mortis ducendo ip[su]m
 ad bonam opationem ut dicere possit cu[m]
 apostolo **Gala. ij.** **¶** Vivo ego iam non ego.
 uiuit aut in me xpus. **¶** Tercio certauit p[ro]
 dyabolum. Nam dyabolus fortiter p[ro]tra
 eum seuebat. et ip[s]e se uiriliter resistebat. q[uod]
 armis spiritualib[us] munitus fuit. De qui-
 bus d[icitur] **Eph[es]. vi.** Induite lorica[m] iusti-
 cie in omnibus sumentes scutum fidei et
 galeam salutis assumite. Dyabolus na[m]
 q[uod] habet tela multa. et uenenata et ignita.
 Unde dicit ibidem. Ut possitis omnia re-
 la. ecce q[uod] multa. nequissimi. ecce q[uod] uene-
 nata. ignea extinguere. ecce q[uod] ignita. **¶**
 igitur sunt multa debemus induere lori-
 cam iusticie. i. caritatem que dicitur lorica
 quia ex omni parte munit. et iusticie. quia
 unicuiq[ue] ius suum reddit. quia sunt igni

Laurentio

ta debemus assumere scutum fidei. in quo
 omnia tela dyaboli extinguunt. Dyabo-
 lus enim totum mundum impleuit igne cu-
 piditatis. voluptatis et ambitionis. Sed
 fides istum triplicem ignem extinguit. si-
 cut manifeste habet **Debe. xj.** Fide moy-
 ses grandis effectus. negauit seipsum esse
 filium filie pharaonis et c. Quia sunt ve-
 nenata debemus assumere galeam salutis
 id est spem. Sicut enim uenenum statim
 cor perit. sic dyabolus uenenum sue mali-
 cie statim in mentem mittit ut spem extin-
 guere valeat. Et sicut accipiter cor auis
 quam cepit statim impetit. sic dyabolus
 ab anima quam cepit continuo spem tollit.
 qua ablata ipsam in desperationem du-
 cit. et ideo ipsa mens galea spei est muni-
 da. **¶** Quarto certauit contra incendium.
 Nam ignis materialis foris urebat car-
 nem. Ignis uero spiritualis intrus inflam-
 mabat mentem. sed ignis interior supera-
 uit ignem cruciationis exterioris. Haba-
 uit autem triplicem ignem interius qui ex-
 teriorem ignem totaliter extinxit. Primus
 fuit caritas ignita. **Augustinus.** Supera-
 ri caritatis christi in Laurentio flama non
 potuit. et segnior fuit ignis qui foris urit
 q[uam] ignis qui intrus accendit. Secundus
 fuit fides succensa. **Ambrosius.** In qua-
 rum in Laurentio fidei feruor serbuit. in-
 tantum supplicij flamma frigescit. Terci-
 us fuit ueritas lucida. **Ambrosius.** For-
 tissimum martirem Laurentium flamma
 superare non potuit. quia longe ardens
 ueritatis radio mens eius accensa serue-
 bat.

De eodem Sermo. iij.

¶ Robasti cor meum et uisitasti no-
 cre. igne me examinasti. et non est
 inuenta in me iniquitas et c. ps.
 Ex h[is] uerbis habetur q[uod] beatus Laure-
 ntius fuit a deo probatus uisitatus. exami-
 natus. et sine peccato inuentus. **¶** Circa
 primum notandum est q[uod] sapiens p[ro]bat in
 y. ij.

De Sancto

argumento patiens in obprobrio. fortis in prelio et fidelis in ministerio. Et quod beatus laurentius erat sapiens pater fortis et fidelis. Ideo deus ipsum his quatuor modis voluit probare ut nobis innotesceret si talis esset. quod enim beatus laurentius esset sapiens probatum est per argumentum. quod ipse tyranno obijcienti dabat sapientis et benignum responsum. Unde cum thesauros quereretur tyrannus. laurentius pauperes colligens dixit. Ecce isti sunt thesauri qui nunquam minuunt sed semper augentur. **Secundo** quod esset patiens probatum est per obprobrium et tormentum. quod multa obprobria audiuit et tormenta sustinuit. sed tamen in omnibus patiens repressus fuit. **Luce. xx.** In patientia vestra possidebitis animas vestras. Non dixit linguas vestras aut manus vestras. Patiens quidem debet et possidere linguam suam ne per contumelias periculis melius reddat. manus suam ne per iniuriam iniuriam inferat animam suam ne in corde odium teneat. Quicumque autem possideret animam. possideret manum et linguam et non est conuerso. Et ideo dominus radicem impatience remouere volens dicit. In patientia vestra. **Tercio** quod fuit fortis probatum est in prelio et in suo martirio. Dicit autem **Seneca** quod tria sunt omni morbo grauiora. scilicet metus mortis. dolor corporis et intermissio voluntatis. His tribus modis beatus laurentius fuit probatus. fuisse fortis scilicet in metu mortis. quia tyrannus omne genus tormentorum in ipsum expendere minatus est. In dolore corporis quod fustes scorpiones ardentes laminas et omne tormentorum genus ipse pressus est. Subtractione rei delectabilis. quod solano patris spiritualis scilicet beati syri priuatus. Sed beatus laurentius tamen fortis extitit quod nec minas timuit. nec supplicij cessit et patris priuationem patienter portauit. **Quarto** probatus est fuisse fidelis per fideles distributionem thesaurorum. **Psalmus.** Dispexit dedit pauperibus et cetera

Laurentio

Ipse enim dedit non vendidit. quia non quesitum munus a corde. id est mundanam delectationem. nec ab ore. id est humanum fauorem. nec a manu. id est temporalem retributionem. nec ab obsequio. id est obsequij exhibitionem. Iterum Dedit etiam in vita non post mortem. Elemosina namque est instar candele lumen prebentis. **Tobie. iij. ca.** Elemosina ab omni peccato liberat et non patietur animam ire in tenebras. ad instar pupille animi dirigentis. **Eccle. xxix. ca.** Elemosina viri quasi facculus cum illo et gratiam cum pupillis conseruabit. Instar seminis centesimum fructum reddentis. **Luce. viij.** Et ortum fecit fructum centuplum. Qui igitur vult cum elemosinas post mortem facere similis est illi qui vult habere lumen post tergum. oculos post caput suum. et seminare post dorsum. **Secundo** ostendit quod fuit a deo visitatus cum dicit. Et visitasti nocte. Ipsum enim christus in nocte visitauit. quia sibi in sua passione multas solationes. et maxime tres dedit de quibus **Psalmus.** Nox illuminatio mea in delicijs meis. quod tenebre non obscurabant a te. **Prima** solatio causabatur ex diuini amoris dulcedine cum dicitur. Nox illuminatio mea in delicijs meis. Nox in delicijs peruenit quando tribulatio amoris dulcedine superat. Unde dicebat. Tormenta tua epule mihi sunt. **Secunda** causabatur ex securitate gratie. vnde subdit. Quia tenebre non obscurabunt a te. Tunc enim tenebre non obscurabunt quando quis in tribulatione positus per peccati caliginem non obnubilatur. Unde securus dicebat. Nea nox obscurus non habet. sed omnia in luce clarescunt. **Tercia** causabatur ex certitudine gratie et glorie. ideo subdit. Sicut tenebre eius ita et lumen eius. sed tunc lumen est sicut tenebra quando quis recipit multitudinem gaudiorum secundum multitudinem passionum. Istam certitudinem se habere ostendens dicebat. Gra

rias ago tibi domine ihesu christe. quia in
nuas tuas ingredi merui. **T**ercio ostenditur
quod fuit examinatus cum dicitur Ignem
me examinasti. Sunt autem quedam que
examinant tactu. ut argentum ad lapidē
Quedam ex sonitu. ut vasa si sunt plena
aut vacua. Quedam vento ut grana et pa
lea. Quedam per ignem. ut aurum. Sic be
atus Laurentius fuit examinatus tactu
dure passionis. et ideo argentum electum
est inuentus. **J**ob. ij. Mitte manum tuā
et tange os eius et carnem. Sed de multis
dicitur illud **1** Thre. vj. Argentum repro
bum vocavi eos. Fuit examinatus sonitu
patientis responsionis. non enim murmu
rant sed potius dedit sonitū laudis. Un
de dicitur de eo Inuentum est sacrificium
laudis sonitus confessionis. unde et ipse ait
De christe confessus sum. Emisit etiam so
nitum deuotionis cum dixit. Assatum est
iam vasa et manduca. Fuit examinatus
vento honoris et recuperationis. Non enim
potuit eleuari nec a vento honoris cum esset
archidiaconus. nec a vento laudis. cum
pauperes eum sepe laudarent. Nec etiam
potuit deici a vento recuperationis. cum ta
men infideles eum sepe blasphemarent. Fu
it examinatus igne tribulationis. **E**cclē.
vij. Vasa figuli probat fornax et homines in
stos temptatio tribulationis. Habet nā
que beatus Laurentius ignem adustionis
in carne. ignem amoris in corde. ignem
sermonis in ore. et ignem seruatoris in ope.
Quarto ostenditur quod fuit inuentus sine
peccato cum dicitur Et non est inuenta in
me iniquitas. Sancti namque viri in igne
tribulationis sanctitatem acquirunt. Na
li vero acquirunt iniquitatem. sicut osten
dit beatus Augustinus in libro de ciuita
te dei multiplex exemplo. palee et auri. sti
pule et frumenti. amurce et olei. luti et vn
guenti dicens. Sicut sub vno igne aurū
rutilat et palea fumat. et sub eadem tribu
la stipule comminuuntur et frumenta purga

tur. neque cum oleo amurca funditur. que
tamen eodem preli pondere exprimuntur.
Ita vna eademque vis iruens bonos pro
bat et purificat et liquat. et malos damnat
et vastat et exterminat. Nam pari motu ex
agitatum et eralat horribiliter cenum et su
auiter fragrat vnguentum etc.

De sancto Ipolito et socijs eius
Sermo primus.

Prima nostra

sicut passer erepra ē de laqueo
venantiū **P**sal. Ad honorem
sancti Ipoliti et socij eius iste versicul⁹
in missa decantatur. In euangelio etiam ho
dierno in exemplum sanctorū passeres in
roducuntur. In premissis verbis tria face
re videntur sancti. Primo namque de sua ere
ptione gratias agunt cum dicitur. Anima
nostra sicut passer erepra est de laqueo ve
nantiū. Assimilantur autē sancti viri passe
ribus sicut rabanum tribus de causis. Primo
quod passer est quantitate paruus. unde et a
puitate est dictus. sic sancti viri paruos se
reputant per humilitatem **M**atth. vj. Re
uelasti ea paruulis. Dicit autē gregorius
quod pupilla quanto est minor tanto est luci
dior. Animalia etiā habentia puum cor in
quantitate sunt promitter magis animo
sa. sicut pater in leone. Granū etiam sina
pis quod est minimū inter omnia semina o
ley adeo crescit quod ramos facit in quibus
auces nidificant et quiescunt. per quod datur
intelligi quod quanto quis est minor apud se
ipsum tanto est lucidior apud deū. tanto
animosior contra dyabolū. tanto magis cre
scit per opera virtutū. ita ut etiam viri con
templatiui in eius virtutibus quiescunt.
Secundo passer est velocitate celerum.
Sic sancti viri in suis operibus debent es
se veloces et fermentes **E**cclē. xxxij. In om
nibus operibus tuis esto velox sicut dicit
beatus ambrosius. Qui nō potest volare
y. iij.